Toletana Decimarum quoad Te-nutas de Perobequez, & Vrtada.

Reu. Pater. CONtrarius Restrictus nec sub colore iurium de nouo repertorum, nec sub prætextu maioris discussionis meritorum super Decimis pretensis à Reuerendissimo Archiepiscopo in hisce duabus Tenutis de Perobequez, & Vrtada præpedire valet causæ expeditionem.

Et sanè rem ordiendo ab illis duabus facti circumstantijs, quas obiectat in §. *Ex memoratis*, illarum prima constituitur in quodam processu nuper exaduersò producto, iuxtà quem septem ex testibus asserant semper, & à tempore immemorabili Reuerendissimum Archiepiscopum stetisse in quasi possessione iuris decimandi in qualibet parte omnium; & singulorum Prædiorum, & Pascuorum ad Monasterium spectantium in dictis Tenutis de Perobequez, & Vrtada, non solùm quoad Decimas mixtas, sed etiàm quoad singulos fructus Prædiales; Altera verò reponitur in discordantia vtriusque decisionis nobis super hoc puncto fauorabilis, quasi in prima *decis. ceràm R.P.D. meo Cerro* ratio resolutionis stabilita fuerit dumtaxàt in consuetudine immemorabili; In postrema verò Illustrissimi Domini Ponentis superadditus sit vltrà dictam consuetudinem, etiam titulus efficacitèr promanans à Priuilegio indulto in erectione nostri Monasterij ab Archiepiscopo Antecessore prò exemptione propriorum Bonorum vsque ad valorem 25000. merapetinorum:

Neutra tamèn videtur habere releuantiam.

Non prima, quià, vt præuentiuè aduertit D. causæ Patronus in memoriali prò expeditione distributo ad hunc præcisum effectum diluendi hoc æquiuocum, quod iam timebatur adducendum à Parte Aduersa, tantùm abest, prædictos septem Testes proficere intentioni Reuerendissimi Archipiscopi super iure decimandi in fructibus istarum Tenutarum, vt potiùs de directo aduersentur, quià vel illorum aliqui deponunt nescire, vel testantur, quod Monasterium nunquàm soluerit istas Decimas, nec ex fructibus satis, nec ex Animalibus in eisdem Terris depascentibus, sicuti eas soluerunt aliæ Personæ, dictis Monialibus exceptis, vt recognosci supplicamus ex nostro Summario: Et reuerà ne D. exaduersò Scribens redarguendus sit de nimis supina negligentia in tàm serotina productione huius Processus, quem à longo tempore non ignorabat, afferere nobis fas est eius productionem tamdiù distulisse, quià rectè sciebat, vel in

in nihilum fore profuturum, vel potiùs aduersaturum instantiæ
uerendissimi Archiepiscopi.

Magis debilis est secunda circumstantia super somniata discordia
vtriusque decisionis, quia prò ea in vniuersum submouenda su
perlegere decisionem Illustrissimi D. Ponentis, in qua in nihilo
receditur à motiuo decidendi amplexo in prima coràm R.P.D.
ro, dùm ratio resolutionis principalitèr constituitur in longæ
immemorabili possessione non soluendi controuersas Decimas q
ad istas duas Tenutas sufficientissimè resultante ab examine plur
Testium facto de anno 1641., vt in §. *Monasterium*; Et quod
est, ità firmitèr hæsit Sacrum Auditorium huic tutissimo fun
mento, vt in subsequentibus §. *Iterùm auertantur exceptiones*
aduersus eosdem Testes exaduersò repetebantur; Proptereà
prætèr rationem ità amplexam in prima, & secunda decisione
peradditus quoquè fuit titulus subministratus ab allegato an
simo Priuilegio, quod priùs erat sub aliqua dubietate, posteà
ta ex facto Partis Aduersæ, quæ hoc Priuilegium produxit,
quàm audiuimus hoc præseferre discordiam vnius, atquè alter
resolutionis, sed meritò affirmandum est primam resolutionem
hac noua instantia, & respectiuè decisione fuisse magis consta
tam, & in tuto locatam.

Submotis istis duabus circumstantijs, quas contrarius restrictus po
in prospectu, non remanent nisi veteres, & quasi quatriduanæ
ceptiones semper adductæ, semperque reiectæ, quia immemora
lis consuetudo redditur firmissima ex nostris Testibus, quibus
quaquam contrariantur alij septem relati in Processu nouitèr
bito, vt latè probat nostra secunda decisio.

Citrà quod nostra quasi possessio non soluendi controuersas De
in his Tenutis dicatur errabunda, vaga, & saltuaria respectu C
ræ proprijs expensis Monialium eo quia in Tenimentis adsi
neæ, Oliueta, Terræ satiuæ, & pascua; nam huic obiecto rect
curritur in nostris decisionibus sub ea responsione, quod vbi a
quitùs in his Tenutis depascebantur Animalia, tractu temporis
dactæ fuerunt ad culturam proprijs paritèr sumptibus nostri Mo
sterij; Vndè nullam parit incertitudinem, quod sicuti priùs n
decimæ soluebantur ex lana, caseo, lacte, quæ erant in fructu A
malium propriorum Monasterij, ita nullæ Decimæ solui debeant
postquàm bonis redactis ad culturam sata fuerunt proprijs itidem
expensis, quia vis stat in ea constanti circumstantia culturæ propri
rum sumptuum, & ex variatione speciei fructuum variari non p
tuit immunitas Monasterij ab onere istarum Decimarum, vt so
dissimæ probant nostræ Decisiones, prima nempè in §. *Tali autem*
& secunda §. *Neque in his circumstantijs*.

Pro rsùs autem impertinens ad casum nostrum est res iudicata inter
Reu

Reuerendissimum Capitulum Burgense, & Beneficiatos Oppidi de Bellorado, quæ obijcitur in contrario Memoriali: Ibi enim, vt Reuerendissimis PP. notissimum est, agebatur de prætensione circa bona nouissimis temporibus murata, & anniuersariata, quæque in dies claudebantur, & anniuersariabantur, an nempè gauderent exemptione à solutione Decimarum, quæ præscripta fuerat temporis immemorabilis beneficio prò bonis antiquitùs muratis, & anniuersariatis, & meritò ideò negatiuè decisum fuit vsque ad rem iudicatam, quia præscriptio operabatur in linea facti, nec extendi poterat ad futura in præiudicium Decimatoris, vt videre est in decisionibus exaduerso laudatis, quod tamen nil commune habet cum nostra controuersia, in qua non prætendimus exemptionem prò omnibus indefinitè Bonis, quæ in dies coli incipiant proprijs expensis Monasterij, sed pro istis duabus Tenutis, in quibus à tempore immemorabili, vel depascebantur animalia Monasterij, vel redacta fuerunt ad culturam, cùm sub vtroque respectu constantissima sit, & æquè antiqua consuetudo colendi proprijs sumptibus Monasterij, siuè consisterent in retentione propriorum Animalium, siuè in subrogatione aliarum segetum.

Istoque retento principio efficitur omninò spernibile absurdum exaduerso exageratum, quod timeri possit vsurpatio, & fraus in re, quia possit introduci amplior cultura Bonorum proprijs sumptibus Monasterij ab eo, quod priùs fieri solebat, quia huic imaginario periculo satis remanet consultum ex depositionibus nostrorum Testium, qui distinctè referunt singulos fructus percipi solitos à Monasterio ex istis Tenutis, & constantissimi sunt in vniuoca circumstantia culturæ proprijs expensis sub eo solùm discrimine, quod loco aliquorum fructuum fuerunt aliæ arbores subrogatæ, quod immutare non debet exemptionem à Decimis, sicuti non restringeret ius Decimatoris vniuersalis, vbi viguisset, vt optimè obseruat secunda nostra Decisio §. *Supra laudato*.

Non merentur ulteriorem responsionem allatæ criticationes nostrorum testium, & ductæ vel à defectu ætatis, vel aliorum requisitorum *Gloss. in Cap. 1. verb. memoria de præscript.* quia plusquam satis refutatæ fuerunt in præteritis, & meliùs in utraque nostra fauorabili decisione.

Descendit contrarius restrictus ad euersionem tituli scatentis ex supra adducto Priuilegio aiendo illum pugnare cum quasi possessione, in qua reperitur nostrum Monasterium, eo quià concessio prædicta præseferat exemptionem realem Bonorum taxatiuam in certa quantitate, & correspectiuam ad pacta adimplenda ex parte Monasterij, possessio verò immemorabilis fundetur in sola ratione culturæ proprijs expensis, & capiat indefinitè omnia bona independenter ab adimplemento alicuius pacti, seù conditionis: sed hic discur-

discursus funditus diluitur in decisione Illustrissimi Ponentis, li quia enunciatio tituli veri, prout est allegatum Priuilegium, ue tollit præsumptionem alterius tituli regulantis ex centenaria ve quasi possessione immemorabili, præsertim ubi idem titulus origi nem desumat ante hanc centenariam, vel immemorabilem qua possessionem; siue quia decennio post concessum idem Indultum de commissione Capituli deuentum fuit ad æstimationem Tenim de Perobequez cum duabus vineis à Fundatrice Monasteri assigna tis, & declaratæ fuerunt exemptæ à solutione Decimarum uti vali dè minores valore 2500. Merapetinorum, de quo Indultum loque batur, ut prosequitur dicta decisio §. *Absque eo quod*, cum duo bus seqq. ubi subiungitur, hanc ipsam exemptionem extendi etiam ad Tenimentum de Vrtada, utpotè quod subrogatum præsumitur loco illarum duarum Vinearum, quæ in ipsa Monasterij erectione assumpserant exemptionem.

Irritis autem conatibus studet contrarius Restristus recurrere ad ille galitatem & inualiditatem dicti Priuilegij, vel ad ejus inobseruan tiam desumptam ex non adimplemento appositorum pactorum ex parte Monasterij: Etenim quæcumque illegalitas hodiè cessat, postquam documentum extractum, & productum fuit ab eadem Parte aduersa Quoverò ad invaliditatem, cum fuerit concessum ab Archiepiscopo in primæva Monasterij erectione cùm consensu sui Capituli, & in augumentum Diuini cultus, nullum relinquit dubitationi locum, quod fuerit efficax, & validum potissimum quia præcessit promulgationem *Extrauag. Ambitiosæ de reb. Eccles. non alien.* quæ indixit solemnitates de jure seruandas in alienationibus rei Ecclesiæ per ea, quæ probat nostra postrema decisio §. *In casu præsenti*.

Et demùm respectu inobseruantiæ pactorum in eodem Priuilegio conuentorum, ista exceptio levior est cæteris aliis; Quatenus enim hæc adstrui contendatur, ex quo Moniales soluere deberent Digni tati Archiepiscopali omnes decimas Bonorum ultrà præfinitam quantitatem acquirendorum sine ulla diminutione, aut subtractio ne, quodque itidem cogerentur soluere quartam partem omnium Bonorum, quæ jure cuiusvis pij relicti, & sepulturæ Monasterio obvenirent, in nihilum stringit, quousque ex aduerso non convin catur excessus Bonorum postea acquisitorum ultrà quantitaté præ finitam in Priuilegio, vel quæ bona obuenerint eidem Monasterio, ex quibus soluenda esset quarta parte Reuerendissimo Archiepisco po; Quod incumberet eidem Parti aduersæ, quæ se fundat in hoc adimplemento juxtà notissimas regulas; Neque hoc erui valet, ex quo in contemporaneo Iudicio Monasterium renuat soluere Deci mas prò aliis septem Tenimentis, quià ut semper fuimus protesta ti, nostrum Monasterium prætendit etiam in eisdem Tenimentis exem

exemptionem intrà quantitatem tantummodò 25000. Merapetinorum, non verò ultrà dictum valorem.

Quod verò hoc Priuilegium non fuerit in præteritis unquam deductum ex parte nostri Monasterij, nullam parere potest suspicionem, quià hoc tribuendum est illius ignorantiæ, nec de cætero allegando exemptionem ex capite Culturæ bonorum proprijs expensis dici potest fuisse derogatum iuri proficiscenti à memorato Priuilegio, quià, ut latè probauimus in nostra Informatione super altero dubio, ipsa natura Indulti exemptiui à solutione Decimarum exigit, ut operari debeat pro bonis cultis ab eodem priuilegiato, non sic prò aliis, quæ tradi soleant in Coloniam, quæ non obstante quolibet Priuilegio remanent affecta penès Colonos illo onere Decimarum, quo priùs grauabantur ergà Decimatorem uniuersalem.

Cæteris satisfaciunt nostræ decisiones, & à primo ad ultimum concedenda videtur Causæ expeditio, prò quà iterum supplicamus.

Quare &c.

Pompeius de Iocosiis Aduoc.

R. P. D.

FALCONERIO

Toletana Decimarum quoad Tenutas de Perobequez, & Vrtada.

PRO


Ven., & Regio Monasterio Monialium clausarũ Ordinis S. Dominici Ciuitatis Toleti.

CONTRA

Illmos DD. Archiepiscopum, & Capitulum Toletanum, & alios Decimarum Comparticipes.



Responsio Iuris pro expeditione Causæ.



Typis Zinghi, & Monaldi 1724